

Ad Num. 4.

26 Juris regulæ standum est, donec probetur limitatio, Menoch. de recuperand. remed. 14. n. 32. Cyriac. controvers. 254. nu. 58. cum seqq. Argel. de legitim. contradist. quest. 12. n. 38. Carleval. de judic. tom. 1. tit. 1. disp. 2. n. 310. Monet. de distribu. quotidian. part. 1. quest. 9. n. 56. Guttier. de jurament. confirm. part. 1. c. 1. n. 64. Pacian. de probat. lib. 1. c. 8. n. 13. Surd. decis. 255. n. 2. Unde is, pro quo est regula, habet fundatam Intentionem & adversario onus probationis incumbit; Pacian. cum plurimis n. 14. Marc. Ant. variar. lib. 2. resolut. 59. cas. 12. Cyriac. ubi proximè, Argel. n. 37. Bernard. Gravæ, ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. conc. 36. consil. 1. Arias Pinel. in l. 1. part. 3. n. 23. C. de bon. matern. Nec recedendum est à regula nisi apertissimè, limitatio probetur, Bald. in l. precibus, n. 23. C. de impuber. & aliis, Jaf. in l. non hoc, n. 15. C. unde legitimi, Molin. de primogen. lib. 3. c. 4. n. 34. Menoch. conf. 1162. n. 2. Imò nullam esse sententiam adversus Juris regulam nisi in ea aliquid exprimat; per quod appareat in casu fallentiæ latam fuisse, ait Pacian. ex aliis n. 16.

Ad Num. 5.

27 Utrum à Judice liceat appellare circa id, quod ipsius arbitrio commissum est? maxime controversatur; de quo latissimè Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 70. per tot. ubi pluribus pro utraque laudatis negativam sectatur opinionem; cui adhærent Ricc. in praxi, decis. 115. num. 1. part. 1. Argel. de acquir. possess. q. 2. art. 7. n. 52. 53. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 15. n. 2. D. Salgad. de protect. Reg. tom. 1. part. 3. c. 13. n. 36. Magon. Lucens. dec. 42. n. 21. part. 1. Paul Granat. in suis communib. theor. 15. in fine, Amat. variar. lib. 2. resolut. 80. n. 4. Gratian. disc. c. 170. n. 6. Quod limitat Menoch. in enormi læsione, aut si ad Principem recurratur.

28 Sed oppositum rectè sentiunt Farin. in prax. q. 17. n. 28. Sanch. de matr. lib. 3. disp. 10. num. 2. Ceval. d. q. 73. n. 7. Peralt. in l. 1. n. 35. ff. de legat. 1. Bernard. Diaz. reg. 40. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 1. n. 63. Octavian. de decret. tit. 1. lib. 7. n. 8. Bonacof. commun. part. 2. verb. Judex in eis, que ejus arbitrio committuntur. pag. 51. Rebuff. de Congruaport. vers. Ultimos si Episcopus.

Ibi: Nisi libero ejus arbitrio.

29 Idem tenent Ant. Gom. sup. Menoch. n. 13. ubi alios refert, & plures ex proximè laudatis; sed adhuc appellatio erit admittenda, saltem si enormiter Judex liberum arbitrium habens læserit, ut fatetur cum aliis Menoch. dict. n. 13. 16.

Ibi: Nec tenetur Judex appellationis.

30 Appellationis Judex proprii Tribunalis leges; quoad ordinem judiciarum, servat; non ejus, à quo appellatum est; Molin. d. disp. n. 9. vers. Bartolus verò, Aug. Barbof. in collectan. ad c. licet Canon. n. 19. de election. in 6. Secus quoad decisionem.

Ibi: Quo fit, ut licet à priori Judice.

31 Hoc ita verum est, quam vis judex de reductione tanquam vit bonus cognoscat, Ceval. q. 453. per tot. quandoquidem eadem Arbitratoris æquitate, ut infra dicemus, uti debet. Nec refragatur, quod subrogatus sapit naturam cum omnibus suis quali-

tatibus ejus, cuius loco subrogatur. Quoniam id limitatur, quando subrogatum, est diversæ conditionis; quo casu subrogatio duntaxat fit, quatenus subiecta materia patitur; Bart. in l. pater. 14. in re. petit. n. 13. vers. Non obstat ff. de inoffic. testam. Cyriac. contr. 325. n. 7. ubi alii. Arbitratur autem, & Judex diversæ conditionis sunt, cum ille jurisdictione, careat, quam hic habet; unde provenit, ut quamvis, à laudo provocari per appellationem nequeat, à sententia super reductione lata permittatur. Quam sententiam cum D. Covarr. sustinent Camill. Borel. in tract. de compromiss. §. 8. gloss. 4. Pat. Molin. d. disp. 35. nu. 9. Ceval. d. q. 453. & tom. 5. q. 73. Pet. Benintendis, decis. 15. Guttier. in d. l. nemo potest, n. 429. 430. ff. de legat. 1. Boër. d. c. 284. n. 18. in fine. Azeved. in l. 4. n. 150. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Menoch. conf. 217. n. 30. Villalob. commun. verb. reductio. Rebuff. ad leg. Gall. tit. de arbitrat. art. 1. gloss. 9. n. 8. sentit Gregor. Lop. in l. 23. gloss. 14. tit. 4. part. 3. dum se refert ad Imolam. Et ita tenendum est.

Vers. Tandem lector optime.

Sunt qui in hac opinionum ambiguitate distinctionis foedere ipsas conciliare conentur, asserentes, ubi modica læsio contingit, auxilium appellationis denegari; secus si grave detrimentum ex sententia proveniat: cuius sententiæ, etsi eam non probent, meminere Rebuff. ubi proximè, n. 7. Boër. n. 18. qui Authores laudant, & faciunt, quæ tradit Menoch. d. quest. 70. num. 16.

Vers. Primum, si Authorum.

Sed si hodie Authorum numerus inspiciatur, 33 non minus, imò magis communis sententia est contra Bartolum, ut testantur Menoch. ubi proximè, Ceval. dicta questione 453. & alii ex nuper laudatis.

Vers. Secundò, veriore esse.

Ratio est, nam Judex super reductione pronuntians, proculdubio sententiam fert, quæ actionem judicati producit; ex quo appellationis locus fit, argument. l. 1. c. de recept. arbitrat. Aliud juris erit, si discordantibus Arbitris, Tertius pro libito partium eligatur, à quo appellare non licebit; Imol. in cap. Quintavallis, nu. 32. vers. Quid autem de Tertio electio, de jurejurand. Menoch. conf. 320. n. 42. sed reductio ad arbitrium boni viri adversus laudum postalabitur, Boër. cum aliis, d. decis. 284. nu. 19.

Vers. Tertio, illud est.

Judex qui super reductione aditur, eadem æquitate, quæ Arbitrator uti debet, Gratian. disceptat. c. 524. n. 22. Alexand. in l. penult. ad finem, n. 15. ff. de legat. 2. Præposit. in c. de appellationibus, post medium, de appellat. Molin. d. disp. 35. num. 9. vers. Bart. verò, Roman. conf. 261. n. 3. Hermof. in d. l. 9. gloss. 5. n. 15. tit. 5. part. 5. Quia subrogatum naturam sequitur ejus, cuius loco subrogatur, l. 1. §. Hec actio, ff. si quis testament. lib. esse jus fuerit; l. si eum 10. §. qui injuramentum. ff. si quis caution. Cancr. sup. part. 1. c. 2. n. 146. Cyriac. controvers. 397. n. 40. 41. Menoch. conf. 320. num. 43.

Vers. Quarto, etiam si communem.

Adde Tusch. tit. lit. A, concl. 414. n. 14. Fulgos. 35 conf.

conf. 112. n. 2. sed dicitur hoc inter eum, qui petit reductionem, & illum contra quem fuit petita, quoad appellationem, non videtur admittendum; tum quia, ut supra probavimus, auxilium illud omnibus conceditur, nisi jure reperiatur denegatum; tum nam quoties actori denegatur, & ideo cessatur interdictum. Conrad. in repert. l. ubi limit. 17. n. 916. C. si de moment. an. possess. Pat. decis. 316. lib. 2. Ceval. tom. 2. quest. 897. n. 892. Nec urget in contrarium textus in cap. à Judicibus 2. question. 6. cum aliis allatis: Nam etiam prohibita sit appellatio ab eo Judice, quem quisque sibi ultro elegit; qui reductio nem postulat, non optat, sed competentem de jure Judicem adit necessariò, & aliud electione propriæ causæ Judicem constituere, & aliud ad iudicium provocare: illud appellationem tollit, hoc non utique, alioquin nulli actori liceret appellare; cum regulariter nemo invitus agere compellatur, l. 1. & per tot. C. ut nemo invitus ager. vel accus. cogat. Unde cum in causa reductionis nihil speciale inveniatur, propter quod appellatio actori prohibeatur, quæ reo permittitur, dicendum est, quacunque opinione admittitur, aut nulli, aut utrique subsidium provocationis competere: & ita convincitur ex adductis per D. Covar. tam pro Bartolo, quam pro Baldo, sup. à nu. 3. quæ æque in actu, ac in reo militare plusquam manifestum est; & comprobatur ex eo, quod prohibita appellatione uni ex litigantibus, alteri etiam appellare non licet, ut cum pluribus docuit Amat. variar. lib. 2. resolut. 65. num. 60. Scacc. de appellat. lib. 3. c. 2. quest. 17. limit. 7. n. 24. Castill. Sicil. decis. 30. nu. 13. nam ita postulat æqualitas iudicii.

Ad Num. 6.

37 Hæc notant Azeved. in l. 4. n. 150. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Molin. d. n. 9. Cur. Philippic. part. 5. §. 4. n. 7. & quidem lege Regia quoad appellationem assertio nostro comprobatur, ut D. Covar. agnoscit: quoad supplicationem verò, contraria est admittenda, & sic differentia inter petentem reductionem, & eum, contra quem petitur, constituitur: quod ideo in supplicatione placuit, quia est auxilium subsidiarium, & ex benignitate potius, quam de jure concessum; atque ita facilius denegatur, quam appellatio, prout frequenter contingit; & constat ex tit. 19. lib. 4. Recopilat. & notat per l. 17. tit. 23. p. 3. Curia Philip. part. 5. §. 4. num. 1.

AD CAPUT XIII.

Testi unico non jurato, vel vario, num credatur? Et de instrumentorum per testes reprobatione.

SUMMARIUM.

- 1 Ad legitimam probationem saltem duo testes requiruntur.
- 2 Unus non sufficit qualibet dignitate præfulgens.
- 3 Statutum an valeat jubens, ut stet unus testimonio.
- 4 Quando unius testimonio standum sit? remissive.
- 5 Quid de partium consensu, & n. 9.
- 6 Ferri potest sententia secundum unius partis declarationem, si ita inter partes convenerit. Quid circa interesse, n. 8.
- 7 Juramentum cause decisivum cuilibet litiganti licet deferre.
- 10 Testis absque juramento deponens, an fidem faciat, ad numerum 14.

- 15 Producent, vel approbans testem, an possit opponere adversis ejus personam, vel delictum, ad num. 17.
- 18 Quando is, qui adversario desert jusjurandum, possit probare contrarium, & n. 19.
- 20 An valeat testimonium ubi de juramento in actis non constat, nisi per assertionem Notarii, & num. 21.
- 22 Pro Notario in dubio presumendum.
- 23 Notario asserenti in instrumento renunciationis Senatusconsulto Velleian. certiorasse mulierem de illius beneficio, num sit credendum, & n. 24.
- 25 Cum ex conventionem uni ex Partibus credendum est, intelligitur juramento præmissio.
- 26 Electus ultro à Partibus, ut pro suo arbitrio aliquid decernat, jurare non compellitur.
- 27 Periti secundum artem deposituri jurare debent, ad num. 31.
- 32 Jurare debet is, cui ex legis præcepto credendum est.
- 33 Deponere peritum, vel testem, parte absente, & non citata, an possit?
- 34 Peritis à Judice electis ad declarandum, quomodo partes citandæ? ad num. 37.
- 38 Testimonium in scriptis num valeat? ad nu. 44.
- 45 Confessio Sacramentalis per scripturam an fieri possit? ubi de mutuo, ad n. 54.
- 55 Nemo scribere peccata tenetur, ne in confessione omittantur.
- 56 De teste contraria asserenti in iudicio, vel extra, latè agitur, ad nu. 66.
- 67 De declaratione vulnerari ad excusandum, vel onerandum reum; ad num. 76.
- 77 Testis contraria simul deponens nullam fidem meretur, & qua pena teneatur? usque ad n. 79.
- 80 Testi quando liceat proprium dictum corrigere? ad num. 87.
- 88 Cui testimonio credatur, ubi testis contraria respondet in diversis depositionibus, sive cum tortura, sive absque illa, ad n. 97.
- 98 In causa hæresis potest testis dictum suum corrigere ex intervallo ad criminis detectionem; & num. 99.
- 100 Teste negante deposuisse prout constat ex actis, an ei, vel notario sit credendum? ad n. 102.
- 103 Receptio testium ad quem spectet, & quando possit Notarius demandari? ad n. 110.
- 111 De publicis instrumenti reprobatione, usque ad finem.

Est præsciendum Divino, & humano jure, unius testimonium non sufficere, sed saltem duorum regulariter ad legitimam probationem requiri; Numer. 35. vers. 30. Homicida sub testibus puniatur: ad unius testimonium nullus condemnabitur, Deuteronom. 17. vers. 6. In ore duorum, aut trium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur, uno contra se dicente testimonium, & 19. vers. 15. Non stabit testis unus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Idem habetur Matth. 18. vers. 16. Joannis 8. vers. 17. cap. in omni negotio 4. cap. licet 23. de testib. cap. admonere 33. qu. 2. l. 32. tit. 16. part. 3. l. ubi numerus 12. ff. de testibus, l. jurisjurandi 8. C. eod. notant Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 99. n. 19. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 12. n. 9. Cyriac. controversiar. forens. tom. 1. contr. 62. num. 41. Ceval. commun. tom. 1. q. 494. nu. 1. 2. Guazzini. de defension. recor. defens. 33. c. 14. n. 6. Pacian. de probat. lib. 1. c. 47. n. 33. Guttier. in l. nemo potest, n. 138. ff. de legat. 1. &

1. & d. gabel. quest. 124. à num. 65. Paz in prax. tom. 1. temp. 8. nu. 11. Farinac. cum plurimis in prax. de testib. q. 72. nu. 3. Caram. in Theolog. fundam. n. 1105. latè Leotard. de usur. q. 93. ex n. 27.
 2. Quod verum est, quamvis testis quacunq; præfulgeat dignitate, cap. cum à nobis 28. de testib. d. l. 32. part. 2. Pacian. Guazzin. Guttier. Leotard. ubi proxime, Farinac. n. 3. cum seqq. ubi alios laudat, ac contrarium tenentium meminit; tandemque pro conciliandis opinionibus distinguit, inter causas maximi, aut parvi præjudicii. Quid de Cardinali explicat c. 2. à n. 55. quid de Principe; c. 3. ex num. 79. & regulariter, nec Principis superiorem non recognoscens testimonio standum est; alioquin gravi præjudicio Tertii, maxime si quis ad poenam corporalem esset damnandus; de quo Farinac. à n. 151. Guazzin. sup. Jul. Clar. in prax. §. fin. qu. 53. n. 21. Mohedan. decis. 271. Seraphin. decis. 972. ex quo Guazzin. nu. 9. infert; ut non possit poena corporalis imponi, si Statutum sit ut unico testi credatur.

3. Nec valeret Statutum ut unius testimonio plena probatio fiat ut tenent Tiraquel. in tract. de judic. in reb. exig. in princip. vers. Secunda ratio est; Mascard. de probat. in proam. quest. 11. n. 10. vers. Primum igitur. Rodolphin. de jur. absolut. Princip. potest. c. 6. à n. 24. Farinac. à n. 8. ubi limitat, nisi ex eo nulli præjudicium generetur, aut si in aliquibus causis specialiter ex causa Princeps id constituat, ut in feneratorio crimine admittit Leotard nu. 30. 31. Sed quando agitur de gravi detrimento, ut de poena corporali in illi genæ, nulla humana constitutione effici potest, ut unius testimonium ad condemnationem sit satis; Scaccia de judic. caus. civil. lib. 2. c. 9. dub. 9. n. 432. 438. 440. Buccaron. de different. inter. judic. civil. & crimin. different. 82. nu. 3. Baard. ad Clar. ubi proxime, nu. 44. Guazzin. cum aliis, sup. à n. 7. Nam in pecuniariis causis, præsertim si exiguae sint, passim per leges; atque statuta cavetur, ut unius testimonio credatur; sic apud nos ad probandum in exactione gabellæ, statuta deponitioni emptoris solius, aut proxenæ, modo integre fama sint; l. 28. tit. 19. lib. 9. Recop. facit cap. cum dilectis 9. de fide instrum. n.

4. Sed regula supra posita suas limitationes admittit, quas plene prosequuntur Speculator. de test. §. Restat de numero testium, à n. 8. Farinac. n. 18. cum seqq. & novissime Augult. Barbos. in collectan. ad cap. in omni negotio. ex num. 4. de testib. Inter quas recensetur, ut uni testi fides plena adhibeatur, cum non agitur de alterius præjudicio, Caram. sup. Dicatit. de just. tom. 1. lib. 2. tract. 1. dub. 8. n. 55. 56. ubi quod unicus testis regulariter semiplene probat.

Ad Num. I.

5. Quæstionis esse constat, num ex partium consensu unius testimonium solum plenam faciat probationem, ut juxta illud Judex causam definire possit, ac debeat? & Glossam in l. Theopompus, ff. de dor. prælegat. sequuti, negativam partem amplectuntur Beroi. in cap. quoniam contra, n. 32. de probat. Bursat. conf. 169. per tot. vol. 4. Pet. Surd. conf. num. 21. vol. 1. Guazzin. num. 8. Caphal. conf. 438. n. 35. lib. 3. Riminald. jan. conf. 554. nu. 35. Quorum opinio communiter rejicitur, ut patebit infra, num. 9.

Ibi: Illud sanè verum est.

6. Potest inter contrahentes convenire, ut secun-

dum partis declarationem judicium feratur, leg. jusjurandum 17. ff. de jurejurando, Caroc. de jurament. decisiv. quest. 5. & quest. 9. nu. 5. Amat. Variarum resolutionum, lib. 1. resolut. 27. nu. 28. Castil. decis. 112. n. 16. Plot. de in lit. jurand. §. 84. Phand. eodem tractatu, part. 2. c. 1. Marecot. Variar. lib. 2. c. 16. nu. 8. Mascard. de probat. conc. 935. nu. 35. Tusch. practicar. conclus. lit. A. conci. 4. Maittil. decis. 60. nu. 111. Stracca de mercatur. rubric. de contract. b. mercator. nu. 6. Felice. de societate. c. 24. n. 72. Calvacan. decis. 2. num. 31. lib. 1. Intrighol. sing. 324. lib. 1. & fin. 102. lib. 1. Menoch. conf. 217. nu. 7. 8. Cyriac. tom. 3. controuv. 517. nu. 2. Quæ conventio intelligitur si verofimilia jurentur, non aliter, Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 31. à n. 9. Cyriac. sup. num. 3. & juramentum istud dicitur voluntarium, sive conventionale, Menoch. nu. 8. Henmosil. in l. 10. glos. 4. num. 369. tit. 1. p. 5.

Ibi: Nam, & actor vel reus potest.

Cuiuslibet litiganti regulariter permissum est, ad versario juramentum controversiæ decisivum in judicio a se ferre de quo in l. 1. admonet 31. in fine, l. manifesta 38. ff. de jur. jur. l. cum proponas 6. C. de reb. credit. l. 2. ad fin. tit. 11. part. 3. Ceval. sup. tom. 1. quest. 449. à princip. Hermosil. d. glos. 4. num. 373. Pacian. d. ubi. 1. c. 70. per tot. Marant. de ord. judicior. in rubric. de jurament. n. 11. vers. Secunda species, Pichard. in §. Item si quis postulante, l. st. ac abliou. Myninget. ibidem, à n. 15. Paz in prax. tom. 3. c. 2. §. 7. num. 10. 13. 14. & hoc juramentum Jurantis nuncupatur, Menoch. n. 4. Amat. ubi proxime, quod subire is, cui defertur, aut illud retere deferenti, alioqui pro confesso habebitur; dicit. l. manifesta, Greg. Lop. in dist. lib. 2. glos. 9. Pacian. nu. 7. Ceval. quest. 309 per tot. De effectibus ac tam conventionalis, quam judicialis juramenti, late per. Hermosil. sup. à numero 370.

Ibi: Ex qua hac in re duci potest.

Est controversum an pacisci liceat, quod stetur simpliciter assertioni, aut juramento creditoris quoad interesse, quando a principio taxatum non fuit, de quo ex proleto agunt utriusque sententiæ Authores cumulantes, Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 8. ject. 6. num. 107. cum seqq. Hermosil. sup. à n. 342. Ex quibus constat, communiter receptum esse; utramque pacitionem subsistere, nisi in contractibus de utra suspensus, judici tamen incumbere, si non vero similiter asseratur, vel juretur, tummam pro suo arbitrio moderari, Mascard. sup. n. 10. Herm. n. 351. Parlador. rer. quotidianar. l. b. 2. cap. fin. part. 1. §. 12. limit. 4. n. 37. Carleval. n. 123. Cyriac. tom. 2. controvers. 502. nu. 19. Felice. supra, c. 24. n. 73. Fontanel. de pact. nuptiar. tom. 2. claus. 5. glos. 9. num. 3. Menoch. conf. 1181. in fine; Amat. sup. numero 32. vers. Demum nec resistit, Guttier. de jurament. confirmator. part. 1. c. 37. numero 16. Stracca sup. part. 4. n. 6. fol. 133. Padilla in l. 1. n. 9. ff. de legat. 2.

Vers. Ceterum quod consensu.

Potest ex partium conventionem, & consensu unius testis dicto causa defini judicialiter; Farinac. cum innumeris d. quest. 63. à num. 18. Pacian. sup. c. 48. numero 77. Myninget. observation. cent. 5. observat. 26. Hermosil. cum aliis ex num. 426. Turzan. commun. opinion. tom. 1. lib. 4. tit. de reb. credit. numero.

num. 104. Padilla ubi proxime, Suar. in thesaur. receptar. sentent. lit. T. n. 108. Ant. Gab. commun. lib. 1. tit. de testib. conc. 1. num. 31. vers. Undecimo limita; Guttier. in d. l. nemo potest, num. 138. Menchas. usufrequent. cap. 29. nu. 4. Cancrer. Variar. part. 1. c. 20. n. 73. vers. Quamvis, Mascard. sup. in proam. quest. 11. nu. 11. Card. Pereira in l. si curatorem verb. vel adversarii dolo, C. de in integ. restitut. & ita verum est contra laudatos, sup. n. 6.

Ibi: Possè remitti juramentum.

10. Testis absque juramento deponens fidem non facit, cap. nuper. §. 1. de testibus, cap. hortamur, quest. 9. c. 6. testes, §. Item juri jurandi 4. quest. 3. l. 6. tit. 6. lib. 4. Recoplat. l. 23. tit. 16. part. 3. aub. de Sanissim. Episcop. §. Nulli verò, collat. 9. Menoch. de præsumptionib. lib. 1. quest. 82. nu. 5. Jul. Clar. d. §. fin. quest. 21. nu. 12. Azeved. in d. l. 6. n. 4. Guttier. ubi proxime, nu. 118. cum seqq. Guazzin. defens. 14. cap. 3. Pacian. cap. 47. num. 20. Fr. Emmanuel quest. Regular. tom. 2. quest. 32. art. 8. Farinac. sup. quest. 74. nu. 1. ubi plures Reduff. de reprob. testium, num. 284. Morl. in empur. jur. part. 1. tit. 11. in præjud. num. 30. Seraphin. sup. privileg. 30. Bobacill. in Politic. tom. 2. libro quinto, cap. 8. in fine, Cur. Philippic. part. 1. §. 17. num. 17. Paz dicit. temp. 8. nu. 104. ubi quod juramentum præcedere debet deponitionem, aut saltem post eam incontinenti præstandum; de quo late Guazzin. dicit. cap. 3. à num. 4. Farinac. ubi proxime, à nu. 31. Nec dignitas testem à juramento relevat, quæcunq; ea sit, Farinac. cum multis, nam. 66. cum seqq. Guazzin. n. 8. 9. quod de Papa, & Principe simplic. Angel. in d. juri jurandi, in fine. C. de testib. à quo dicitur Pacian. d. c. 47. num. 33. Sed prior sententia venior videtur, quando de gravi præjudicio Tertii tractatur; maxime secundum eos, qui sentiunt, juramentum hoc esse de jure Divino; quod probant ex cap. 31. Genes. ut testatur Menoch. de arbit. lib. 1. q. 26. n. 3. Guttier. sup. n. 121. 122. An lege, vel statuto constitui possit, ut testi non jurato credatur, vide apud Farinac. quest. 74. à nu. 55. & utrum possit Pontifex, in hoc dispensare; tradit Menoch. d. q. 26. n. 4. Athenienses tantum Xenocrati detulerunt, ut ejus dicto absque juramento fidem adhiberent, ut observat ex aliis Leotard. sup. q. 93. num. 29.

Ibi: Deinde licet Reipublica interfit.

Adde Amat. d. resolut. 27. n. 28. Guttier. ubi proxime num. 136. 137.

Ibi: Quamobrem dictum unius.

11. Ubi accedit consensus partium, testi non jurato secundum ejus qualitatem credendum est. cap. tuis 39. de testib. Farinac. d. q. 74. nu. 83. ubi de more multos refert, Guttier. n. 126. seqq. Bernard. Grævæ. ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. conc. 101. considerat. 2. Pacian. ubi proxime, in addit. lit. F. Menchas. de successione. creat. §. 9. n. 12. 13. Paz sup. n. 104. Mascard. in proam. q. 5. nu. 103. Villadieg. in Politic. c. 1. n. 35. Boër. decis. 1. n. 48. Cur. Philippic. ubi proxime. Roland. de commissar. l. 6. c. 10. n. 5. Guazzin. sup. n. 16.

12. Sed dubium est an sufficiat consensus ejus, in quem testis producitur, vel requiratur etiam producentis & verius est utrumque consentire debere, ut probatur in cap. tertio loco §. de probat. ubi Joan. And. Zabarell. & Abba. Felin. in d. c. tuis. Reduff. de reprob. test. nu. 30. Campege. de testib. reg. 167. ad fin.

vers. Secundo salu; & alii apud Farinac. n. 86. Licet contrarium tenentur Jaf. in d. l. admonendi, in repetit. nu. 196. ff. de jurejur. Pacian. ubi proxime, quibus parum suffragatur text. in d. cap. tuis. Nam etfi ibi dicatur consensus partis adversæ efficere, ut valeat testimonium absque juramento. non idè negatur producentis non desiderari; sed solum illius meminit, quia difficilis est, ut adversarius consentiat in se absque juramento testem deponere; neque enim ex eo quod aliquis testes producat, videtur juramenti solemnitate remittere, licet enim personas approbet ut idoneas, testimoniis non omnino consentit; imò ea poterit impugnare, prout infra dicendum est. Hic autem consensus utriusque litigantis expressus esse debet, nec sufficit, quod litigantes sciunt, testem omisso jurejurando deponere, notat Farinac. post alios, n. 84.

Hæc juramenti remissio non admittitur in causis arduis, maxime ubi poena corporalis venit imponenda; Farinac. n. 85. Cavalcan. de brach. Reg. part. 3. n. 47. Campege. sup. Mascard. d. q. 5. à n. 107. & alii.

Licet autem testimonium eorum, qui absque juramento deposuerunt, non valeat ad probationem plenam; aliquam tamen valeat ad personarum qualitate faciunt præsumptionem, ut observat ex aliis Farinac. n. 109. Menoch. d. q. 26. n. 7. Guazzin. nu. 13. Casus, in quibus testi non jurato fides integra adhibetur, refert Pacian. d. lit. F. Farinac. ex n. 83. & data paritate probationis, testibus non juratis deferri posse, tenet Menoch. n. 5.

Vers. Item & illud observandum est.

Approbans expressim, vel producens in judicio 15 testimonium nihil in ipsius personam potest objicere; testimonium tamen improbare non prohibetur. Barr. in l. si quis testibus, C. de testib. Cancrer. sup. d. vers. Quamvis, Menoch. conf. 43. nu. 28. & conf. 396. n. 20. Marant. sup. part. 6. art. 13. à n. 10. Mogon. Lucen. decis. 46. nu. 32. Cyriac. tom. 3. controvers. 409. num. 194. Guttier. in d. l. nemo potest, n. 133. Farinac. quest. 62. num. 241. (ubi plurimi; & nu. seqq. refert aliquos asserentes, nec contra dicta testium opponere posse: qui eos produxit;) Paz sup. d. tom. 1. temp. 9. n. 26. 29. Villadieg. sup. n. 46. Pareja de instrument. edit. tom. 2. tit. 7. resolut. 3. n. 12. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 3. n. 37.

Adèd verum est, quod producens testem nequeat in ejus personam defectum opponere, ut procedat etiam in divinis causis, nam cum idem, quem aliquis in una causa produxit, in alia contra se producatur, non audietur volens illum, ut inhabilem à testificando repellere, Marant. ubi proxime, n. 11. Mascard. conc. 1235. alias 1241. n. 9. Seraphin. decis. 295. nu. 16. Farinac. cum aliis, d. quest. 62. nu. 216. & n. 220. ampliat; etfi à diversa persona producatur testis ab ea, in quam prius fuerat in alia lite productus. Sed limitatur, si nova causa post productionem superveniat, quæ testem inhabilem reddat, Campege. sup. reg. 292. in 2. f. lenti. Nell. de testib. n. 52. Paz. sup. n. 28. Marant. ubi proxime, Boër. decis. 245. n. 4. in fine, & alii apud Farinac. n. 240. & n. seqq. alias limitationes tradit, & rem hanc dilucidè explanat.

Ibi: Possè probari contrarium.

Approbans personam testis, admittitur ad probandum contra id, quod ille declaraverit: Cancrer. sup. dist. vers. Quamvis, Afflic. decis. 91. num. 10. Guttier. dicit. l. nemo potest, num. 138.

Ibi: